Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia, lat

Menardus <Eisnacensis>

[Basel], 1475

Incipit prologus beati iheronimi presbiteri in librum iosue

urn:nbn:de:bsz:31-313543

Visual Library

thauri pulcritudo eius cornua rinocerotis cor
nua illi⁹. In ipſis ventilabit gentes vſq; ad ter
minos terre. Hee ſūt multitudines effraim: et
hec millia manaſſe. Et zabulon ait. Letare za
bulon in exitu tuo & yſachar in tabnaculis tu
is: populos vocabunt ad montē: ibi immola
būt victimas iuſticie. Qui inundacōnē mar⁹
quaſi lac ſugent: & theſauros abſcōditos are
narū. Et gad ait. Bñdictus in latitudine gad.
Quaſi leo requieuit: cepitq; brachium et verti
cem. Et vidit principatū ſuū q᷑ in parte ſua doc-
tor eſſet repoſitus: qui fuit cū principibꝰ popu
li et fecit iuſticias domini: et iudiciū ſuū cū iſra
hel. Dan q̄z ait. Dan catul⁹ leonis: fluet lar
gite de baſan. Et neptali dixit. Neptalim ha/
bundantia perfruet᷑: et plen⁹ erit bñdictiōibꝰ
domini. mare et meridiem poſſidebit. Aſer q̄z
ait. Benedictus i filijs aſer. Sit placens fra
tribꝰ ſuis: et intinguat i oleo pedē ſuū. Ferrū et
es calciamentū ei⁹. Sic dies iuuētutis tue ita
et ſenectus tua. Nō ē ali⁹ vt de⁹ rectiſſimus.
Aſcenſor celi auxiliator tuus. Magnificencia
ei⁹ diſcurrūt nubes: habitaculū ei⁹ ſurſum et
ſubter brachia ſēpiterna. Eiiciet a facie tua inimi
cū: dicetq; cōterere. Habitabit iſrl' confidenter
et ſolus. Oculus iacob i terra frumenti & vini:
celiq; caligabūt rore. beat⁹ tu iſrl'. Quis ſilis
tui popule q̄ ſaluaris in dño: Scutū auxilij
tui: & gladi⁹ glorie tue. Negabūt te inimici tui:
et tu eoꝝ colla calcabis. ¶ Ca⁹ .xxxiiii.

Aſcēdit ḡ moyſes de campeſtribus
moab ſup montē nebo in verticem
phaſga contra iherecho: oſtenditq;
ei domin⁹ omnē terrā galaad vſq;
dan. et vniuerſā neptalim terrāq; ephraim & ma
naſſe et omnē terrā vſq; ad mare nouiſſimū.
et auſtralē partē et latitudinē campi iherecho ciui
tatis palmarū vſq; ſegor. Dixitq; dñs ad eū.
Hec eſt terra p q̄ iuraui abrahā yſaac et iacob
dicēs. Semini tuo dabo eam. Vidiſti eā ocu
lis tuis: et nō tranſibis ad illā. Mortuuſq; eſt
ibi moyſes ſeruus dñi i terra moab iubente do
mino: & ſepeliuit eum in valle terre moab contra
phogor: et non cognouit homo ſepulcrū eius
vſq; in preſentē diē. Moyſes centū et vigin
ti annoꝝ erat quando mortuus eſt. Nō caliga
uit oculus ei⁹: nec dentes illi⁹ moti ſunt. Fle
uerūtq; eū filij iſrl' i campeſtribꝰ moab triginta
diebus: et cōpleti ſūt dies planctus lugētiū
moyſen. Ioſue vero fili⁹ nun repletus eſt ſpi
ritu ſapiencie: quia moyſes poſuit ſup eū ma
nus ſuas. Et obedierūt ei filij iſrahel: fecerūt
q; ſicut precepit domin⁹ moyſi. et non ſurrexit
propheta vltra in iſrahel ſicut moyſes q̄z noſſet
domin⁹ a facie ad faciem i omnibꝰ ſignis atq;
portentis q̄ per eum miſit et faceret i terra egip
ti pharaoni et omnibꝰ ſeruis ei⁹ vniuerſeq; ter
re illi⁹: et cunctam manū robuſtam magnaq;
mirabilia q̄ fecit moyſes corā vniuerſo iſrahel

Explicit deutronomium. Incipit prologus
beati iheronimi preſbiteri in librum ioſue.

Tandē finito pentatheu/
co moyſi velud grandi fe
nore liberati ad iheſum fi
liū naue manū mittimus
q̄z hebrei ioſue bennū id
eſt ioſue filiū nun vocāt:
et ad iudicū librū q̄z ſop
thim appellant: ad ruth q̄z et heſter quos yſ
dem nominibꝰ efferūt. Monemuſq; lectores
vt ſiluam hebraicoꝝ nominū et diſtinctiōes
per membra diuiſas diligens ſcriptura cōſeruet:
ne et noſter labor & illi⁹ ſtudiū pereat. Et vt
in primis qd' ſepe teſtatus ſū ſciat me nō in re
prehenſionē veterū noua cudere ſicut amici
mei criminantur: ſ; pro vili portione offerre lin
gue mee hominibꝰ q̄s tā noſtra delectant: vt
pro grecoꝝ exaplois q̄ & ſūptu & labore maxi
mo indigent: edicōnē noſtram habeant. Et ſi
cubi in antiquoꝝ voluminū lectione dubita
rint: hec illis cōferentes inueniant qd' requirūt
Maxime cū apud latinos tot ſint exemplaria
q̄t codices: & vnuſquiſq; pro arbitrio ſuo vl' ad
diderit vel ſubtraxerit q᷑ ei viſū eſt: et vtiq; nō
poſſit verum eſſe qd' diſſonat. Vnde ceſſet ar
cuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius et
ſanctū opus venenata carpere ligua deſiſtat: vel
ſuſcipiens ſi placet vel contēnēs ſi diſplicet: me
mineritq; illoꝝ verſuū. Os tuū habundauit
malicia: et ligua tua concinnabat dolos. Sedēs
aduſus fratrem tuum loquebaris: et aduſus fi
liū matris tue ponebas ſcandalū: hec feciſti &
tacui. Exiſtimaſti inique q᷑ ero tui ſimilis. ar/
guam te et ſtatuam illa contra faciem tuā. Que
enim audientis vel legentis vtilitas eſt nos

laborando ſudare · ⁊ alios detrahēdo laborare:
dolere iudeos q̄ calumniādi eis et irridendi cri
ſtianos ſit oblata occaſio: ⁊ eccleſie homines
id deſpicere ymmo lacerare vñ aduerſarijs tor/
quātur. Quod ſi vetus eis tantū interpretatio
placet · q̄ et michi nō diſplicet et nichil extra
recipiendū putant: cur ea q̄ ſb̄ aſteriſcis et obe
lis vel addita ſunt vel amputata legunt et ne
gligūt? Quare danielem iuxta theodotionis
tranſlationē eccleſie ſuſceperunt? Cur origi
nem mirantur et euſebiū pamphili: cunctas
editiones ſimiliter diſſerētes? Aut q̄ fuit ſtul
ticia: poſtq̄ vera dixerint ꝓferre q̄ falſa ſunt?
Unde aūt ī nouo teſtamento ꝓbare poterunt
aſſumpta teſtimonia: q̄ in libris veteribꝫ non
habentur? Hec dicimus: ne omnino calumni/
antibus tacere videamur · Ceterū poſt ſancte
paule dormitionē cuiꝰ vita virtutis exemplū
eſt ⁊ hos libros quos euſtochio vgini criſti ne
gare nō potui · decreuimꝰ dum ſpiritus hos re
git artus ꝓphetarū explanationi incūbere · et o
miſſū iamdiu opus quodā poſtliminio repe
tere: pſertim cū ⁊ āmirabilis ſācluſq̄ vir pā/
machius hoc idem literis flagitet: et nos ad pa
triam feſtinantes · mortiferos ſirenarū cantus
ſurda debeamus aure tranſire ·

Explicit ꝓlogus · Incipit liber ioſue · Ca · i ·

E T factū eſt poſt
mortē moyſi ſ
ui dñi · vt loque
retur dominꝰ ad
ioſue filium nun
miniſtrū moyſi:
⁊ diceret ei Moy
ſes ſeruus meus
mortuus ē. Sur
ge et tranſi iorda
nem iſtum tu et omnis populus tecū: in terrā
quā ego dabo filijs iſrl̄ · Omnē locū quē calca
uerit veſtigium pedis veſtri vobis tradam ſic
locutus ſū moyſi · a deſerto ⁊ libano vſq̄ ad
fluuiū magnū eufraten: omnis t̄ra ethœorū
vſq̄ ad mare magnū ꝯtra ſolis occaſū erit t̄
minꝰ veſter. Nullꝰ poterit vobis reſiſtere cūc
tis diebus vite veſtre · Sicut fui cum moyſe
ero et tecū: nō dimittā nec derelinquā te. Cō

fortare ⁊ eſto robuſtus. Tu enī ſorte diuides
populo huic terrā: ꝓ qua iuraui patribꝫ tuis
vt traderē eā illis · Confortare igitur et eſto
robuſtus valde: vt cuſtodias et facias omnē
legem quā pcepit tibi moyſes ſeruus meus
Ne declines ab ea ad dexterā vel ad ſiniſtrā:
vt intelligas cuncta q̄ agis · Non recedat vo
lumen legis huiꝰ ab ore tuo: ſed meditaberis
in eo diebus ac noctibꝫ: vt cuſtodias et facias
omnia q̄ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges vi
am tuam: et intelliges eā · Ecce precipio tibi:
confortare et eſto robuſtꝰ · Noli metuere ⁊ no
li timere: quīa tecū eſt dominus deus tuꝰ ī om
nibus ad quecūq̄ perrexeris · Precepitq̄ ioſue
pricipibus populi dicēs. Tranſite ꝑ medium
caſtrorū et imperate populo et dicite · Prepa/
rate vobis cibaria: quoniā poſt diē t̄ciū tranſi
bitis iordanē: et intrabitis ad poſſidendā ter
rā quā dominꝰ deꝰ noſter daturus eſt nobis.
Rubenitis q̄ꝫ et gadditis ⁊ dimidie tribui ma
naſſe ait. Mementote ſermonis quē pcepit
vobis moyſes famulus domini dicēs · Domi
nus deus veſter dedit vobis requiem ⁊ omnē
terram. Uxores veſtre et filij ac iumenta ma
nebunt in terra: quā tradidit vobis moyſes trās
iordanem. Vos aūt tranſite armati ante fra
tres veſtros omnes fortes manu et pugnate
ꝓ eis donec det requiem dominꝰ fratribus ve
ſtris ſicut et vobis dedit: ⁊ poſſideant ipſi q̄ꝫ
t̄ram quā dominꝰ deus vr̄ daturus eſt eis: et
ſic reuertimini ī t̄ram poſſeſſionis vr̄e et habi
tabitis in ea quā vobis dedit moyſes famulꝰ
domini trans iordanē ꝯtra ſolis ortū · Reſpō
derūtq̄ ad ioſue: atq̄ dixerūt. Omnia que p
cepiſti nobis faciemꝰ: et quocumq̄ miſeris ibi
mus. Sicut obediuimꝰ in cūctis moyſi ita o
bediemꝰ et tibi: tm̄ ſit dominꝰ deus tecū ſicut
fuit cū moyſe. Qui ꝯtradixerit ori tuo et non
obedierit cūctis ſermonibus quos preceperis ei:
moriatur. Tu tantū ꝯfortare: et viriliter age

Capitulū · ii ·

M Iſit igitur ioſue filiꝰ nun de ſeth
im duos viros exploratores ab/
ſcondite: et dixit eis · Ite et cōſide
rate t̄rā vrbemq̄ ihericho. Qui p
gētes ingreſſi ſunt domū mulieris meretricis
nomine raab: ⁊ quieuerūt apud eā · Nunciā
tumq̄ eſt regi iherico · Et dictum. Ecce viri